

**SESSION 2014**

---

**ÉPREUVE À OPTIONS**

**VERSION LATINE ET COURT THÈME**

---

*L'usage de la calculatrice n'est pas autorisé*

**DURÉE : 5 heures**

---

## I. VERSION LATINE

### Réflexions sur le recul du luxe

Luxus mensae, a fine Actiaci belli ad ea arma quis Seruius Galba rerum adeptus est, per annos centum profusis sumptibus exerciti, paulatim exoleuere. Causas eius mutationis quaerere libet. Dites olim familiae nobilium aut claritudine insignes studio magnificentiae prolabebantur : nam etiam tum plebem, socios, regna colere et coli licitum ; ut quisque opibus, domo, paratu speciosus, per nomen et clientelas illustrior habebatur. Postquam caedibus saeuitum et magnitudo famae exitio erat, ceteri ad sapientiora conuertere. Simul noui homines, e municipiis et coloniis atque etiam prouinciis in senatum crebro adsumpti, domesticam parsimoniam intulerunt, et, quamquam fortuna uel industria plerique pecuniosam ad senectam peruenirent, mansit tamen prior animus. Sed praecipuus adstricti moris auctor Vespasianus fuit, antiquo ipse cultu uictuque. Obsequium inde in principem et aemulandi amor ualidior quam poena ex legibus et metus. Nisi forte rebus cunctis inest quidam uelut orbis, ut quem ad modum temporum uices, ita morum uertantur ; nec omnia apud priores meliora, sed nostra quoque aetas multa laudis et artium imitanda posteris tulit. Verum haec nobis in maiores certamina ex honesto maneant !

Tacite, *Annales*

## II. THÈME LATIN

Il y avait parmi eux<sup>1</sup> une dame du pays, à qui je demandai si elle avait mangé des hommes ; elle me répondit très naïvement qu'elle en avait mangé. Je parus un peu scandalisé ; elle s'excusa en disant qu'il valait mieux manger son ennemi mort que de le laisser dévorer aux bêtes, et que les vainqueurs méritaient d'avoir la préférence.

Voltaire, *Dictionnaire philosophique*, article « Anthropophages »

<sup>1</sup> Il s'agit de « quatre sauvages du Mississippi », amenés à Fontainebleau.